

B

V

W



1. Γενλογος Ναιμαρτης τῶ θεολόγῳ κατὰ ευνομία των προδικασθῆς.
2. Gregorij Nysseni ad Eustathianum et Ambrosianum, et Basiliscam, Epistola.
3. Πλατωνος λόγιον περὶ σοφίας.
4. Λογιάρῳ περὶ τῶ πρῶτου πατρῶος πιστοῦ ἐν διαβολῇ. cum opta Casel. ad honestū ab
5. Caselij ἐπιτάγιος Ἰοανν. Borcholdo per scriptus.
6. — — — Πῦλω, sive Magister dicendi.
7. Θεμισθιδῆς περὶ φιλίας λόγος.
8. Caselij Νέος καὶ προδικασθῆς.
9. — — — De Nobilitate libellus.
10. — — — Παράδοξα duo in Educaōe principum.
11. — — — Epistola de obitu Magni Zanoseij, ad Thomā Zanoseij, fratrem.
12. Alberti Clampi Mithis Arcadius, et pauca alia aliquot alia poemata.
13. Laurent. Rhodoniāni Epōs Manibus Magni Zanoseij, cum Epistolis aliquot Casel.
14. Theodori Adami Panegyricus solenni introducta Acad. Julia, die habitus.
15. Barthelomaj Coppen Oratio funebri, de obitu princip. Frid. IV. Comit. palatin.
16. Rudolphi Diepholdi Nona April. in Natal. 21 princip. Frid. Vlder. Duc. Brun.
17. Christophorij Heidmanni Oratio de Verō ac primo hominis bono.
18. Reditus in patriam ex peregrinaōe aliquot annorū, Frid. Vlder. Ducis Brunsvic.
19. Adami Luchtenij oratio in resignacōe Magistratus scholast. ubi et de Calabria.
20. — — — Programma de obitu Ioan. Carol. Caselij.
21. — — — — — programma de obitu Henrici Julij, a Lippa.
22. — — — — — programma de obitu Frānc. Parovij.
23. Tobia Paormestteij epistola respons. ad litteras Ioan. Marselij.
24. Caselij epistola ad nuptias Henrici Julij Wittershājni.
25. Conradi Horneij Epōs, memoria Polycarpi Lyserij consecrat.
26. — — — — — Carmen ad nuptias Henningi von der Döfelnburg.
27. — — — — — Gratulatio, Adamo Luchtenio de Restorata scripta.
28. — — — — — Carmen ad Simonem Struvium, in Ethic. disput.
29. Quorundam doctorū virorū, carmina Cornelio Martinij scripta.
30. Conradi Rittershusij epistola ad Andream Paull. patricium Brunsvic.
31. Caselij epistola ad Senatū Göttingesem.

Sequuntur et pauca alia materia quare titulos et auctores
huc ascribi e charta angustia non passura erat.



IN NONAS APRILIS

Anni clo Io cXI,

NATALEM VIGESIMVM PRIMVM,

Generosissimi & illustrissimi

Principis ac domini,

DN. FRIDERICI VLRICI,

Ducis Brunsvvicensis & Lunæbur-

gensis, &c.



HELMÆSTADII, in academia Iulia.



Vere nouo campis redeunt noua gramina,
rident

Omnia vere, niues abeunt & frigora ce-
dunt;

Vere nouo, properat cum se Sol credere Tauro
Crescentem auratis referanti cornibus annum,
Atq; suo Nonas Amathusia reddit Aprili,
Delicium, princeps FRIDERICE VL RICE, parentū
Ac patriæ, primum has hausisti luminis auras
Altera ab hinc decade annorum, neq; fallimur, omen
Tempori inest, nostris te uiuo & sospite terris
Verfore perpetuum, quo floreat omnis ad Elmum,
Sollingam, Hercyniã, Diesterum, & Bruçterū amœna
Rura colens, cuius quo rideat omnis ad Oucrum
Ad Lainum, Innistrum, Gandam, Rhumã atq; Visur-
Quo tutus quiuis sua vertat aratra colonus, (gim,
Quo fera tempestas si forte oriatur, & aura
Immitis Guelphum procul euanescat ab oris.

Non erat obscuræ tellus caligine noctis
Obruta, cum matris dolor ingens gaudia sensit
Te nato, & primo vagitum edente sub ortu,
Ast solem noster lucentem aspexit horizon,

Sol

Sol Nereïdibus verax vt nuncius esset,
Desiliens tanto iubare exoriente subiuit
Oceanum. nec enim tenebræ tua lumina cordis
Seduxêre, vel à recto seducere sensu
Audebunt, dij radios ac numina solis
Respicias, & potis es quibus imperitare, iubebis
Respicere ac sano cultu venerarier, artus
Dum regere atq; oculos quibunt attollere sursum,
Hic illis erit, hic tibi semita certa salutis.
Te peperit præstans virtutibus Heroïna
Cimbrica, foemineum cuius decus enitet ore,
Quæ supra sexum prudens sermone diserto
Et suaui, plures dicam superètne, vel æquet?
Te genuit sollers HENRICVS IVLIVS Heros,
Stemmata Cæsareo & priscorum sanguine regum
Saxonix cretus, quo non vigilantior alter
Viuit in imperio princeps, quo promptior armis,
Si sit opus, vix vllus erit, mage sobrius inter
Magnates non conspicitur, quâ quisq; colamus
Sophrosynen ratione suo nos inferiores
Instruit exemplo, quos sub lare paupere vitam
Viuere frugalem inuitos fata aspera cogunt,
Aspera, quæ potius dicamus mitia, nobis
Dum mentem integram seruant in corpore sano.

Quanta sit in dubijs eius sapientia rebus,
Quantum consilij valeat, quantoq; labore
Et sumptu, toties per tot discrimina vitæ,
Per medios hostes ire atq; redire paratus,
Egerit hoc iam dudum & agat, quo publica pacis
Commoda firmentur, cesset discordia Fratrum,
Et suus imperio nutanti restituatur
Maiestatis honos, nos hîc audimus ad Elimum,
Et quibus ingenium notum est ac principis ardor
Credimus, Europæ per turbida regna per vrbes
Candorem illius dispergit Fama fidemq;.
Singula at vberius varijs obiecta periculis
Lechica gens dicit, miratur Pannoniæ rex,
Prædicat afflicti summum caput orbis, in ipsum
Spe positâ, per eum post tristia nubila Phœbum,
Mutatâq; aliam redituram sorte quietem.
Te columen nostrum, FRIDERICE VL RICE, se-
Auspicijs talem tanti genuere parentes, (cundis
Te species oris decorat nitidissima, blando
E vultu liceat matrem nouisse patremq;,
Vox index animi comem facilemq; bonumq;
Arguit, hoc vno complectar vt omnia verbo.
Cuncta venustatem redolent, moresq; politi
Nil leuitatis habent peregrinæ, principe dignos

Im-

Imbibis, imbibitos iustum retinebis in vsum.
Non somno, indomitæuè gulæ, madidoq; Lyæo
Indulges, humana quibus natura carere
In terris nequit, in luxum non vertis inertem:
Sed vitam & vires illis in corpore feruas.
Non ego, quæ tibi fit tot cognitione locorum
Et variorum hominum linguæ non vnus aucta,
Nunc etiam crescens iuuenili in pectore princeps
Virtutum & vinclo cohibens prudentia ciues,
Non ego quæ fidi tibi monstra uere magistri,
Et quibus insistis Sophies vestigia dicam:
Pro patre, quem longum summi sub numinis alis
Incolumem volumus, dabitur cum verba profari
De folio Astreæ, quid legeris, audierisue,
Expertus fueris, vel saltem videris, actor
Et reus, imo odio quibus est dissensio, cordi
Lex suprema salus populi in diuersa ruentis,
Laudabunt, Saxo, Dulgumnius atq; Cheruscus
Atq; etiam Chauci: quin omnis Teutonis ora
Te totum magni similem genitoris habebit,
Cum quod cœpisti stadium decurrere pergas.
Nomen habes & aui & proaui, quos fortia facta,
Et nunquam virtus intermoritura perenni
Nomine, consumptrix quod non abolere vetustas,

Non mala tempestas poterit, non flamma, beabunt.
Rex Danaum FRIDERICVS erat, cui Cimbrica tel-
Insulæ in Oceano boreali, & quicquid ab Albis (lus
Ostio ad extremos Lappos Colamq; fugacem,
Et Moschi est fines, parebant, Suecus vterq;
Ad cuius nomen tremuit, dum bella gerebat,
Marte quidem vario, sed summâ laude tot annos.
Auspicijs cuius cœlestia sidera Tychon
Observauit, in angusta dum vixit Huæna,
Quadrantes variosq; globos, & plurima certum
Astrorum motum monstrantia, quæq; mathesin
Augificent fabricans, hîc Musis otia fecit
Regia, vbi reliquas inter caput extulit vrbes
Hafnia iucunda aspectu, terrâq; mariq;,
Mercibus omnigenis & multis clara trophæis.
Hic domuit te bellatrix Dithmarsia bello,
Impofuitq; freto validam mira arte Coronam,
Terrorem dicam venienti an gaudia classi?
Magnanimus princeps, observantissimus æqui,
Et sapiens VLRICVS erat, patriæq; tuendæ
Libertatis amans, nulli pietate secundus,
Antiquâ Germanorum virtute fideq;,
Musarum eximius fautor Musasq; colentum,
Dux veteris Megales-poleos, vestigia cuius

De-

Destructæ iuxta Visimari cernimus urbem,
Qui fortes Herulos, & pugnaces Obotritos,
Ad Varni atq; Eldæ ripas, & littora Balthes,
Complures annos moderatis rexit habenis:
Quem cuncti ob canos & partum tempore longo
Magnarum rerum certum vsum respiciebant
Imperij proceres, quem non Alemannica saltem
Gens & Saxonæ populi, sed & Itala tellus,
Et trans præruptas Phrygij vrbs Antenoris Alpes
Nouit, & egregias in tanto principe dotes
Ingenij mirata fuit. Proneposq;, neposq;,
Insignes proavi mores imitaris, auiq;
Aemulus es vitæ, & porrò crescentibus annis
Aemulus esse voles, tu Musas, Pallada, Phœbum
A teneris magni facis & colis impiger, in te
Non occulta probæ naturæ semina pridem
Ac liquidò apparent, te digna paratus obire
Munia nil humile aut paruum spirare videris.
Non frustra Celtôn terras peragrâris, amico
Amplexu cum te fouit Burbonius heros,
Nequam hominū insidijs quem sæpius antè petitem
Detestata manus scelerato sustulit ausu.
Non frustra magni ditissima regna Stuardi,
Et Batauorum vrbes terraq; mariq; potentum

Vi-

Videris, at patriæ posthac in commoda vertes,
Quæ bona compereris, quæ iusta & honesta proba-
bis.

Omina certa tuis etiam insunt nominibus, quæ
Aurea securæ tibi tempora Pacis, Honorem,
Diuitias spondent grandes, & Gratiam amicûm.
Ominibus quæ conueniunt iuuat addere vota,
Irenen Timenq; tibi Plutumq; Charinq;
Et vires animumq; is seruet & augeat, omne
Cuius in arbitrio est largiri & tollere, Nonas
Hæc tuas referat felici fidere lustris
Innumeris, tandem summâ cum laude reuersum,
Anxia quem repetit lachrymando patria, patrem
Conspiciamus, ad hunc Elmum sint otia Musis
Perpetua, & nostro Guelphi regionibus æuo
Sit tranquilla quies, sint omnibus omnia fausta.

RVDOLPHVS DIEPHOLDIVS.



155592

X2204159

VD 17







Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

PRILIS
XI,
M PRIMVM,
ustrissimi
ni,
VLRICI,
Lunæbur-
n academia Iulia.